

Nomina.

CEPÆA.

urina stillicidia, quæ ex obstructione sunt, abigit. Κεραία ut Græci, ita Cepæa Latinis, & Cepea Itali appellatur.

Cepæa, Matth. Lac. Lon. quoad iconem, Lob. Cast. Cæsalp. Lugd. Tabernæmontano.

Αλίσμα. ALISMA. CAP. CLI.

Conclusum
meum
exemplar
non ha-
bet, nec
Orib. le-
git.
Αλίσμα
λαγύριον βε-
βαιότερον
αγρίοις
φύσιν. i.
his qui le-
porem
vorant, ut
vel ranā
rubetam,
h. Meum.
αυτοίς
δυσεντερί-
α, cum pari
daucos.
Alismatis
confid.
Plantago
aquatica.



ALISMA.

Alisma
duplex
Plinii.

Alismatis
vires ex
Gal.

Nomina.



tantum medium folium percurrentem pinxerit: nostra foliis & caule est hirsutis (quod in hac figura scul-
ptor neglexit) foliaq; plurimis nervis donantur, flores item lutei sunt. Variæ hujus figuræ apud autho-
res, etenim historicæ Lugd. aut hor, quatuor figuras unius Alismatis præposuit sub diversis nominibus (suo
more) puta Damasonii Matth. Parmicæ montanæ, Nardi Celtici alterius Penæ & Chrysanthemati latifo-
lii. Dicitur hoc Alisma folio hirsuto, C.B. Alisma, Mat. Cast. Cam. Alisma alpinum, Ges. hor. Thal. Calcha
alpina Ges. hor. Tab. Nardus Celtica altera & Plantago Alpina, Lob. Chrysanthemum latifolium, Dod. fol.

Alisma, alii Damasonion appellant: folia ei planta-
ginis, nisi angustiora essent, † laciniosa, convexaq;
in terram: caule simplici, tenui, cubito altiore: capitibus
thyrsi: flore tenui candido, pallidente: radicibus
tenuibus, ut veratri nigri, acris, odoratis, modicè
pinguibus: † aquosos amat tractus. Radix, si drachma
una, aut altera bibatur, his convenit, a qui leporem
marinum devorant, aut a ruberis ranis demorli sunt
aut opium hauserunt: torminibus, atq; dysentericæ,
per se, aut cum pari modo † feminis dauci, potui da-
tur, convulsis, & contra vitia vulvæ prodest. Herba fi-
stulæ alvum, menstrua pellit, tumores illicia mit-
gat.

Quamquam affirmat Ruellius, cui etiam Fuchsius subscribere
videtur, Alisma pbi cognitum esse vocari, à nonnullis
Pastoralem fistulam, a quibusdam vero Plantaginem aquati-
cam, tamen plantago hæc, quam etiam aliqui Barbam sylvana-
m appellant, nullus notat cum Alismate convenire deprehendit.
Siquidem Alisma folia fert plantaginifolia, sed angu-
stiora, & in terrâ reflexa: caulem mittit simplicem, ac tenuem.
Plantago autem aquatica foliis prodest plantagine majoribus,
lancearum cuspidatam instar acuminatis, sursumq; spectantibus:
multiplici caule, adnatis pluribus referro. Cum itaq; ex iis notis
collatis constet, Alisma & Barbam sylvanæ inter se plurimum
differre, non temerè facere video, quod illorum sententia non
ansim adstipulari. Porro plantam, quam hic pro Alismate de-
picti curavimus, mihi primum Praga ostendit Adamus Leonor-
us, juvenis speculata doctrina, & re herbaria studiosus. Quod
enim hac pluribus, ni fallor, notis Alisma representet, meritò fit,
ut jam non dubitem affirmare eam esse legitimum Alisma aut
genus Alismatis: quare non piguit ejus effigiem exhibere, ut alio-
rum quoq; de ea sit judicium: præstat ea ad omnia, ad quæ va-
lere Alisma tradidit Dioscor. quod fit ut hæc planta Alisma mihi
perpetuò expleat, quousq; alia mihi sese offerat, quæ certioribus
notis Damasonium (ita enim quibusdam Alisma vocatur) refe-
rat. Caterum duo Alismatis genera Plinius constituit l. 25. c. 10.
ubi de utroq; differit his verbis. Alisma inquit, alii damasonion,
alii tyron appellant: folia ei plantaginifolia, nisi angustiora essent,
& magis laciniosa, convexaq; in terram, alias etiam venosa si-
militer, caule simplici, & tenui, cubito altiore: capitibus
thyrsi: radicibus
densis, tenuibus, ut veratri nigri, acris, odoratis, pinguibus:
nascitur in aquosis. Alterum genus ejusdem in sylvis, nigrius, ma-
joribus foliis: hæc Plinius. Alisma memoria prædidit Gal. lib. 6.
simpl. med. sic de ejus viribus differens. Damasonium, aut Alis-
ma. De hac herba in 3. lib. tradidit Diosc. quod radix ejus epota
dysenterias sanet, & alvum fistat, atq; ædemata mitiget. Sed
nos ea quidem experti non sumus. Quod autem constitutas in re-
nibus calculos, aqua, in qua decocta fuerit, pota comminuat, ca-
su experti sumus. Ex quo liquet, quod absterforiam quandā sa-
culatorem obtinet. Hujus herba nomen Græci αλίσμα: Latini
num pariter & Italicum, Alisma.

† Hæc vox non legitur in Græcis codicibus, neq; ab Oribasio
refertur, neq; etiam à Marcello vertitur. Unde planè suspicor,
quod Ruellius ita verbum hoc ex Plinio adjecit, ut reliqua etiam
ex eodem reddidit.

Alismatis hæc figura à Matthioli discrepat solum fi-
bris foliorum, quas ipsius sculptor omisit, ut qui unam
tantum medium folium percurrentem pinxerit: nostra foliis & caule est hirsutis (quod in hac figura scul-
ptor neglexit) foliaq; plurimis nervis donantur, flores item lutei sunt. Variæ hujus figuræ apud autho-
res, etenim historicæ Lugd. aut hor, quatuor figuras unius Alismatis præposuit sub diversis nominibus (suo
more) puta Damasonii Matth. Parmicæ montanæ, Nardi Celtici alterius Penæ & Chrysanthemati latifo-
lii. Dicitur hoc Alisma folio hirsuto, C.B. Alisma, Mat. Cast. Cam. Alisma alpinum, Ges. hor. Thal. Calcha
alpina Ges. hor. Tab. Nardus Celtica altera & Plantago Alpina, Lob. Chrysanthemum latifolium, Dod. fol.

ὄνυχισ.

ONOBRYCHIS.

CAP. CLII.

Onobrychis folia habet lentis, longiora paulò: caulem dodrantalem: florem puniceum; radicem parvam: nascitur in uliginosis, & incultis. Herba suapte vi, si trita illinatur, tubercula dissipat: cum vino pota, strangurias sanat: illita ex oleo, sudores movet.

Nascitur Onobrychis, Plinio lib. 2, c. 6. aut bore, circa fontes. Folia habet lentis paulò longiora: florem rubentem: radicem exiguum, & gracilem. Sunt qui Onobrychin velint eam esse herbam, quam aliqui Rutam caprariam, alii Gallegam vocant: nos vero vulgò Lavaneſe. Verum hæc notis, quæ Onobrychi tribuuntur, baudquaquam respondere debentur: quippe quæ folia ferat lentis quadruplo majora, caulem plerumq; bicubitalem, flores purpureos, & radicem non parvam. Ut hinc mihi planè videatur, quòd illorum opinioni nemo rectè possit, aut debeat adſtipulari. Onobrychis vires tradidit Gal. lib. 8. simpl. med. sic inquit. Onobrychis rarefaciendi, digerendiq; vim obinet: proinde folia ejus virentis etiamnum illita ad morem cataplasmati tubercula discutunt: arefacta verò, si cum vino bibantur, strangurias sanant. Quinetiam sudores elicit cum oleo inuncta. Quæ ὄνυχισ Græcè, Onobrychis item Latine, & Onobrychi Italicè vocatur.

Onobry-
chis con-
sideratio.Onobry-
chis vires
et Gal.
Nomina.

ὑπερίκον.

HYPERICUM.

CAP. CLIII.

Hypericum alii androsæmon, alii corion, alii chamæpitryn appellant, quoniam semen odore & resinam imitatur: furculaceo frutice, dodrantali, rubescente: folio rutæ: flore luteo, & leucoio simili (qui digitis attritus sanguineum succum remittit, quæ ex causa androsæmon cognominatur: subhirsuta filiqua, & in rotundo oblonga, hordei magnitudine: semine intus nigro, resinosi odoris: gignitur in locis incultis, & asperis. Urinam citius menstrua pellit appositum, tertianis, quartanisq; cum vino potum liberat. Semen quadraginta diebus haustum, ischiadicis medetur. Folia cum semine illita, ambusta sanant.

Meum
exemp.
adhibet
v. i. pi-
neæ resi-
næ.
Oribasius
non legit
conclua.

ἄσσυρον.

ASCYRUM.

CAP. CLIV.

Ascyron, sive ascyroides, hyperici genus est, magnitudine distans, fruticosius, majores habens ramos, furculosiores, rubentesq;: folia tenuia: flores luteos, & fructum resinofum. Hyperico non absimilem cujus attritu digiti ferè cruentantur, quæ de causa androsæmon vocavere. Uſus seminis ad ischiadicis, potum in hydromelitis sextario: nam biliosa recrementa amplissimè detrahit: sed assidue dare oportet, donec sanitati restituantur. Illinitur & ambustis efficaciter.

ἄνδρῶσαιον.

ANDROSÆMON.

CAP. CLV.

Androsæmon ab hyperico, ascyroq; differt, quòd fruticet ramulis furculosis, ac tenuibus: & rubentibus virgis, & foliis rutæ, triplo (aut quadruplo) majoribus, quæ trita vinoso succo manant: complures alas habet in cacumine, utrinq; expansas, pinnatasq;: circa quas flores pusilli, lutei: & in calyculis semina papaveris nigri, insignè lineis. Hujus comæ tritæ resinofum odorem reddunt. Semen tritum drachmis duabus potum, biliosa alvi excrementa pellit: ischiadicis maximè medetur: sed à purgatione aquam exorbere oportet. Herba ambustis illita medetur, & sanguinem cohibet.

† m. p. p. p.
adhibet
v. i. pi-
neæ resi-
næ.
Oribasius
non legit
conclua.

40

I. HYPERICUM.

II. ASCYRUM.

50

60



κόρις.

CORIS.

CAP. CLVI.

Coris, quod aliqui hypericon vocant, frutex est folio ericæ, rubro, pinguiore, ac minore, non altior dodran-

ad hunc
i. oris gra-
tus: ita
meum.
b Hæc
omnia in
mo ex-
plari non
habentur
Hyperici
ci, & con-
genitum
causa.
Coris.

dodrante a, suavis, odoratus, acris. Potum semen menses trahit, & urinas: contra phalangiorum morsus, ischiadicis, & opisthotonicis ex vino potum auxilio est: horribus ex pipere, sed opisthotonicis ex oleo aptissime illinitur b [Radix vino decocta pota q; defectis opem ferre creditur: sed laborantem inter potandum quam optime cooperiri licet: siquidem corpus totum desudabit, ex qua re pristinam agilitatem recuperabit.]

Hyperici
ci, & con-
genitum
causa.
Coris.

Hypericum, Ascyrum, & Androsamum, ejusdem planè generis plantæ (ut Dioscorides inquit) esse videntur. Verum in earum caulibus, & foliis aliqua notatur differentia: nam hæc folia habet rubentiora, illa viridiora, uni majora in- sunt, alteri minor. Similis discriminis ratio in caulibus. Omnes hæc congeneres plantæ hodie ab omnibus vulgò cognoscun- tur: ea namq; Junio, & Julio mensibus, diversis in locis aureis floribus ornata conspiciuntur, iis ad amissim distincte ac- pradiæ nota, quæ singulis a Dioscoride tribuuntur. Caterum quæ Coris vocatur, non ita Hypericum refert: quemadmodum Androsamum & Ascyrum: quippe quæ non altior dodrante altitudine assurgat: foliis erica, minoribus tamen, & subpin- guibus: canibus rufescentibus, odore suavi, ac grato. Flores habet hyperici amulos, luteo colore, sed minores. Hæc ad me plu- ries allata est à nostris herbariis: nascitur frequentissima in Italia, arido solo in collibus atq; montibus. Apertis, exal- scit, extendit, digerit, expurgat. Hypericum a perforatis foliis à nostris vulgò Perforata vocatur: folia enim innumera se- atent foraminibus, iisq; adeo minutis, ut visum effugiant, nisi ipsa folia sole objecta inspiciantur: id quod silentio videtur invol- visse Dioscorides quinetiam Plinius, aliqui verum omnium diligentissimus indagator. Qui tamen hac in historia haud digne falli deprehenditur, quod scripserit lib. 26. c. 8. Hypericum nasci semine in siliqua nigro, maturecente cum hordeo. Siquidem Dioscorides non tradit Hypericum cum hordeo maturescere sed contineri ejus nigrum semen siliqua subhirsuta, & in rotundo oblonga, hordei magnitudine. Constat præterea annua experientia maturescere hordeum pterumq; abeun- te Maio: verum Hyperici semen non perficitur, nisi Julio, & Augusto mensibus. In hac quoq; Hyperici historia errat Brä- 20

Hyperici
cum.
Plinii
la. f. 1.

Brasavoli
error, hy-
perico al-
bum flo-
rem tri-
buentis.

savolus Medicus licet clarissimus, quod velit Hypericum ex Dioscoridi auctoritate florem album habere: camq; ob cau- sam, id quod circumfertur, cum flore sit melino, illegitimum esse putat: imò non aliud, quam Rutam sylvestrem, pro qua pharmacopolam secum colloquentem, id ipsum asserere admonet. Neg, in his uno tantum, sed quantum sentio, dupli- ci notatur errore. Primum quod Hypericum non album, sed luteum florem ferre scribat Dioscorides contra Brasavoli sen- tentiam, cum sic in eo legatur *ἔχον ὑπόλευον* hoc est florem habens luteum: non autem album inquit, ut perperam Marcellus Florentinus interpretatur, cujus fortasse falsa interpretatio Brasavoli seductus est. Deinde quod legitimum Hypericum pro sylvestri ruta servandum censuerit, cum tamen in calce ferè sui voluminis prioris sententia oblitus, dum olei ex Hyperico parandi seniori myropolatationem explicat, communis usus Hypericum Ascyrum esse declarat. Nec se- 30 cus quam Brasavolus hallucinantur, pace eorum dixerim, Monachi illi reverendi, qui in Mesuem commentarios ediderunt, quod non recte cum illo sentiant, Hypericum, quo utimur, primum esse sylvestri ruta genus. Quorum sententia cum fuerit a nobis superius in ruta mentione rationibus & auctoritatibus abundè explosa, & improbata, supervacuum esset idem nunc repetere: eo enim accedet, qui plura horum errata cognoscere volet. Hyperico vi inest reserandi, resolven- di, agglutinandi, atque etiam cohibendi. Epotum semen ex vino calculos ejicit, & venenis adversatur: quinetiam venenosorum morsibus resistit, tum idem potum tum herba ipsa devorata, haustave, tum morsibus illita. Aqua stilla- titia florentis jam herba, maxime quibusdam præfertur, si potetur, comitialibus, & resolutis. Datur seminis farina commodè ex polygoni succo ad sanguinis rejections. Idem album exonerat. Inesi floribus, & semini mira facultas ad vulnera omnia sananda præter ea quæ in capite sunt. Ideoq; oleum, in quo diu flores atq; semine prægnantes siliquæ

Mon-
achorum
halluci-
natio.
Hyperici
vires.

III. ANDROSÆMUM.

* IV. ANDROSÆMUM FOETIDUM. *



macerata

V. CORIS.



macerata fuerint, diuq. insolata, mirifice recentia vulnera sanant. Sed per quam belle id efficit, si cum laricea, aut abiegna lachryma oleo misceatur. Idem per se ventri illitum, dysentericos iuvat: potum vero cochlearis mensura lumbricos necat. Scripsere quidam Hypericum adeo odisse daemones, ut ejus situ statim avolent: quare quibusdam fuga demonum vocari cepit. Hyperici vires memoria prodidit Gal. lib. 8. simpl. med. Hyperici sic inquit. Hypericum calescit, & deficcatur, tenuisq. substat: est, adeo ut & menses, & urinas provocet. Sed ad haec totus sumendus est fructus, non tantum semen. Porro cum foliis illitus viridis ad cicatricem ducit cum alia, tum etiam ambusta. Caterum si sicca confusa inspergas, sanabis humida & purulentosa ulcera. Sunt & qui ischiadici bibendum exhibeant. Idem lib. 6. de Androsamo ita scribit. Androsamum planta fruticosa, natura duplex: unum enim Ascyron, & Ascyroides nuncupatum est, species hyperici. Alterum vero a quibusdam Dionysias appellatur. Est autem semen eorum purgatorium. Foliorum vero facultas modice exurgens & deficcans, ut & ambusta sanare credantur. Caterum in vino austero decocta, vinum ipsum magnorum vulnerum glutinatorium efficiunt. Sed quod de Cori mentionem fecerit Galen. in simp. med. censu, mihi incompertum est. Planta, quae Graecis *ὑπερικόν*, Latini similiter Hypericum nominatur: Mauritania, Reiofricon, seu Reiofricon: Italia Hyperico, & Perforata: seu Herba di S. Giovanni: Germani Sancti Johannis Kraut: Hispani, Coraioncillo: Galli, Millepertuis, & Trucheran. Quam vero Graeci *ἀνδρόσαμον*, Latini quoque, Ascyron dicunt: Arabes, Asbirach: Itali Asciro. Quae deinde Graeci *ἀνδρόσαμον*, Androsamon item Latini appellatur: Arabibus, Androsaman, Androsion sive Androsagian: Italis, Androsamo. Quae demum, nōis Graecis, Cori etiam Latine & Cori Ital. vocatur.

† Quoniam hoc loco in vulgatis exemplaribus Graeci nulla sit alba violamentio, idcirco sunt qui illorum testimonio freti verbum illud auferant ex interpretibus. Sed quomodo id recte factum sit, non video: siquidem in Oribasio legitur, *αἰ- & ὑπερικόν* *λαυρόν* *ὑπερικόν*, hoc est, florem habens luteum leucoto similem. Adde etiam, quod Hypericum ita adamusum floris colore luteum violam representat, ut nihil melius. Nos autem uti sumus voce Graeca, ne ex albo, quod forte Martello imposuit, aliqua possit oriri difficultas. † Quae hic sequuntur, in Graecis codicibus impressis non hoc loco, sed in fine inter notia, & Dioscoridis falso adscripta leguntur, ut quae adscititia sint habita. Nos vero illa hic admisimus Ruellii, ut facimus, interpretationem secuti: nec non etiam fidem codicis manuscripti.

I. Hypericum vulgare, C. B. Hypericum, Matth. Bruns. Fuch. Lac. Lon. Lob. Cast. Lugd. Cxf. Tab. (cui & fuga demonum) Cam. Herba perforata, Trag. Ascyron, Dod. gal. Cord. in Diosc. II. Hypericum Alcyron dictum tritolium, C. B. Alcyron Matth. (sed in compendio & penult. edit. Androsamon, quia figura transposita) Fuch. Lac. Lon. Lob. Dod. fol. Cast. Lugd. Cxf. Cam. Al. yroides, Gef. hor. Hypericum, Dod. gal. Hypericum in dumetis nascens secundum, Trag. III. Hypericum Androsamum dictum, C. B. Androsamum, Matth. (in compendio & penult. edit. Ascyron, figura enim transposita) Fuch. Cord. in Diosc. Lac. Lob. Cast. Lugd. Thal. Androsamum quibusdam, Gef. hor. Hypericum in dumetis primum, Trag. Ruta sylvestris Hypericoides, Dod. fol. an. Ascyri species ramosa, Cxf. IV. Androsamum foetidum, C. B. Tragium Creticum, Belloni Androsamum minus sive angustifolium, & Androsamum fruticosum ex illis, Camer. V. Cori lutea major, C. B. Cori Matth. Gef. hor. Lac. Lon. Lob. Cast. Lug. Cxf. Tab. Camer.

Χαμαίριον.

AJUGA.

CAP. CLVII.

Ajuga herba in terra repens, subcurva: foliis semper vivi minoris, multo tenuioribus, hirsutis & pinguioribus, circum ramos frequentibus, odore pinus: flore tenui, luteo, vel candido, radicibus cichorii. Folia septem diebus in vino pota regio morbo medentur: & quadraginta diebus ex hydromelite, ischiadicos sanant. Dantur peculiariter urinae difficultatibus, jaemotis, & reum vi-
40 tiis, torminosis prolunt. Ea apud Heracleam Ponticam, perinde atque antidoto, contra aconitum utuntur, bibentes decoctum. Ad aeternitatem illinitur, cum polenta iure decocti subacta. Trita in tartaro, & cum hieo in pilulis sumpta, alvum emollit: excepta melle, cum xris squama, & resina deperit: apposita ex melle, vulvae vitia extrahit: mammarum duritias discutit: vulnera glutinosa ulcera quae serpunt, cum melle illita, cohibet. Alterum est genus ajugae, cubitalibus ramis, in anchorae speciem incurvatis praetenuibus: colima lapradicta, flore candido, semine nigro: haec etiam pinum redolet. Tertia mas nominatur, parvula, foliis exilibus, albis, scabris: caule aspero, candido: luteis stolisculis, semine iuxta alas: resipit & haec pinum. Haec duae vim superius obtinent, sed non usque adeo efficacem.

Ajuga quam Graeci Chamapytin vocant, quoniam foliis & odore pinum refert, herbariorum vulgus Juam arthriti-
50 cam appellat, quod ischiadici, & alii articularum doloribus opem ferat non obscuram. Vulgaris est notitia ajuga, qua primo generi adscribitur. Siquidem planta est per terram repens, foliis oblongis, angustis, rosmarino coronario proximis, minoribus tamen, mollioribus, & hirsuta canitie subalbicanibus, circa ramulos toros, qui tenues, & obsequiosi stellantur, sese stipantibus, odore pinum, quemadmodum & facie referentibus, unde illi Pinum infima nomen. Flores editi aureo colore fulgentes in universo fere caule, sed tenues, & exigui. Radicibus nittitur palmaribus, pluribus adnatis sibi. Nascitur tenui, ac arenoso solo, incultis praesertim locis, & in arvis nulla satione virentibus: sapore est amaro, non sine acredine quadam, qua tamen ab amaritudine superatur. Ideoq. excalfacit, incidit, extenuat, abstergit, & expurgat. Verum postremas quam
60 sapius etiam vidimus, non adeo omnibus est nota: quemadmodum nec media, quam haecenus mihi quidem videre non licuit. Caterum in aperto errore versabatur Germanus ille pharmacopola, qui Brasavolum docuit Ajugam German. lingua vocari *Wergis* mein nicht. Quandoquidem herba hujus nominis mihi cum Germanis jamdiu versanti notissima est: qua tamen nulla prorsus ex parte quamvis Ajugam representat. Herba tota una cum floribus, & radicibus in pulverem contrita si diebus 40. sumatur & resina terebintina, sive laricea quaternis drachmis, ischiadicos sanat. Eadem reces in aceto decocta, & pota

ajuga confid.

Cujusdā Germani error.

Chamapytin error.

I. CHAMÆPITYS.

II. AJUGA, SIVE CHAMÆ. ALT.

*III. CHAMÆPITYS MONS-
peliaca foliis ferratis.*Pilulae è
Chamæ-
pitye.Chamæ-
pityos vi-
res ex
Gal.

& pota emortuos factus extrahit, universa planta decoctum facit
ad omnes cerebri, nervorum, & articularum affectus à pituita
provenientes, si plurib. propinetur diebus ex Rhodomelle, & oxy-
melis. Nam & comitiales, & resolutos, & podagricos juvat. Fit
è floribus & saccharo medic. (officina conservam vocant) ad pa-
ralyticos, quo qui utuntur cum vesperi se dormitum recipiunt, re-
valescunt. At qui ad hoc sumuntur quotidie hujusce medicamen-
ti drachma dua ex acori radicibus decocta, & florum salvia binis
scrupulis. Parantur è chamapity cataplasia ad idem per quam
utilia, hoc modo. Sumito chamapity. Betonica, Stachadis, florum
rorismarini, cujusq. drachmam: turpeti sesquidrachmam, aga-
rici drachmas duas, Colocynthis semidrachmam, Zingiberis sa-
lis fossilis, cujusque grana decem: Rhabarbarici sesquidrach-
mam, spica Indica grana septem: pulveris hiera simp. semunci-
am, diacridii drachmam unam: Excipe chamapity succo omnia
in mortario, & in massam redigito, è qua cataplasia conformato:
ex qualibet drachma novem: è quibus si quotidie tria sumun-
tur à paralyticis cum se dormitum recipiunt, presentaneum se-
sentient auxilium. Chamapityos meminit Gal. lib. 8. simpl. med.
ubi de ejus viribus ita scriptum reliquit. Chamapity gustu qui-
dem amarum saporem acri validiorem obtinet. Effectu verò ex-
purgat, abstergitq. viscera plus quam calefacit. Proinde regio
morbo laborantibus, & omnino quibus facile jecur obstruitur,

bonum est medicamentum. Quin & menses ducit tum pota, tum apposita cum melle. Sed & urina movenda aptum est
medicamen. Sunt autem qui etiam eam exhibent decoctam in melicratoris, qui coxendicis dolorib. torquentur. Herba por-
rò ipsa viridis vulnera magna conglutinat & ulcera putrescentia sanat. Preterea mammarum durities discutit. Est n. in
Nomina. siccano ordinis tertii, in calfaciendo verò secundi. Quæ herba Græci χαμαίπυτος, Latini Chamapity. Ajuga, & Abiga
nuncupatur: Mauri. Hamapitheos, seu Chamapithius: Itali, Chamapitio, & Jua: Ger. Ze lenger jellieber: Hisp. Pimilho, 60
& Jua artetica: Gal. lue muscate, aut arthetiq. Chamap. sive Ajuga altera: Itali, Jua salyacica.

I. Chamapity prima, Matth. Lac. Dod. gal. & fol. Cord in hist. Lugd. Chamapity altera, Lon. Chamap. tertia, Trago Fuch. Cha-
map. vera, Cord. in Diosc. Chamap. Ges. hor. Cæf. Chamap. major, Abiga & Jua arthetica, Tab. Ajuga, Cast. Ajuga sive Chamæ, mas
Diosc. Lob. Jua Ges. hor. II. Ajuga sive Chamæ, altera Matth. Chamap. tertia eid. in Ital. comment. Dod. gal. & fol. Lac. Lugd. Cha-
map. prima, Fuch. Lon. Lob. Alii hirsutis, alii glabris foliis pingunt, quare nostra utrumq. exprimit: nisi sit Anthylloides. Th. quid
sic ignoramus. III. Chamap. Monspel foliis ferratis, C. B. Chamap. species Monspelio, Ges. hor. Anthyllis Chamapitydes minor,
Adverf. Lob. Anthyllis altera, Clus. hist. Hisp. Cæf. Anthyllis secunda herbariorum, Lug. Chamap. spuria prior, Dod. fol. Chamap. al-
tera, & major, Cæf. Jua Moschata Monspel. Tab. Ex radice lignosa, crassa, subalbida, amara, plures prodeunt caules tenues, fermen-
duri, humi procumbentes, incani, hirsuti, quos cingunt folia copiosa, oblonga, hirsuta, & externo ambitu serrata, gustu fervente, odore
gravi: flores purpurei Chamapitydis forma in singulis alis, quibus succedunt in singulis calyculi quaterni semina simul juncta, ob-
longiuscula, cinerea. Nascitur circa Monspelium in rudibus, ad Castellneuf collegimus, sic & in olivetis, & aridis agrorum margini-
bus Narbonæ ac Gallo provincie, fruticat.

PETRI